

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Emblema 8. Ioannes Ad Christvm. Quo trahis, vsque sequar.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

Christi amor ex vtero Ioannem etiam  
in vtero clausum allicit ad sui amo-  
rem, & vna Elisabetham  
eius matrem.

*Emblema 8.*

IOANNES AD CHRISTVM.

*Quo trahis, usque sequar.*

1. *Magnes, ceu gemma, inclusus*
2. *Annulo aureo, qui magnes trahit*
3. *Annulum ferreum, His & alterum trahit*
4. *Annulm ferreum, sed*
5. *Minorem.*
1. *Christus, qui omnia ad se trahit*
2. *B. Virgine, cui perpetua sanctitas, & eximum  
preium apud Deum,*
3. *Ioannem duriter semper viuentem, & forti-  
ter morientem,*
4. *Elisabetham matrem, que si non equali san-  
ctitate par sit cum filio suo;*
5. *Imago aliquatenus tamē est similis, sed minor  
in perfectionis circulo existit.*

C Erne, puer puerum trahit, ac tenet illice nexu:  
Christus enim magnes, Sed rigor omnis abest.  
Ast ego non sine mente chalxbs: puer inquit alter.  
Quā trahor, & tertiū viuet amoris amor.

C v

NOTÆ.

## N O T A E.

1. Magnes. Magnetis nihil simile in rerum na-  
tura existit: quia tam miris potentias, tam arcanis  
viribus, ut nemo tam solerti sit ingenio, ut eas explica-  
re possit.

2. Itidem inter tria Dei admiranda menti D. Ber-  
nardi, Verbum in carne maximum est miraculum,  
quo omnia ad se trahit.

3. In aurco annulo, id est conceptum in Ma-  
tre Virgine, unde oritur.

4. Tertium miracula fides in corde. Quae si us-  
quam, sane mira fuit in S. Ioanne etiamnum fari ne-  
scio, suique ignaro, si species concretum tantum ad sex  
mensa foetum, quem Christi amor trahit. Ut autem  
annulus perpetuo in se recurrit: sic & ipse virtutis  
studio nunquam interrupto vita sua orbem in tempo-  
ris volubilitate explevit. Ferreus autem quia non sic  
Christo nec eius aurea matri par. Sit tamen uti ferrum,  
sanctus & durus asper rimam ut vitam ageret, & uti  
chalybs mortis cruentum ferrum ferreo pectore exci-  
peret, retunderetque.

5. Si magnes annulum ferreum attigerit; ille  
ipse annulus alium trahet annulum ferreum, ut  
Ambrosius, & experientia docet. Imprimit enim ma-  
gnes halitum seu spiritum nescio quem, & suam vim  
imprimit ferro (est nonnulli dubitant an ferrum potius  
trahat magnetem.) Sic & Ioannes, ubi illi Christus uti  
magnes gratiam adflarat ideoque exultat, etiam &  
in matrem a Christo grata per Ioannem transfundit-  
tur, & ipsa in Christi amorem rapitur, & pragatio  
etiam

etiam gestit. Sed malum id auro Ambrosij stilo depingere, quam meo. Quem audi (in Lucam c.1.) Duplici miraculo prophetant matres spiritu paruolorum. Exultauit infans; & repleta mater est. Non prius mater repleta, quam filius: sed cum filius esset repletus Spiritu sancto, repleuit & matrem.

5. Minorem. Filius matris sua censetur imago simillima, sed hic filio suo minor mater gloria existit.

Ioannes Christo horoscopum uti Vates & Astrologus designat.

Imago 9.

-- *Magna sol virginis astro  
Nascitur --*

1. Solem, sed paruum in
2. Virgine, cui in
3. Dexterâ cornu copia, in
4. Lauâ ramu floridus cum pomo punico.
5. Genius alatus
6. Astrolabio demonstrat uti horoscopum.
1. Christum puerum in
2. Deiparâ cui
3. Gratia diuina affluentia rüberior
4. Flos virginitatis & fructus virginei partus.
5. Ioannes puer indicat,
6. Spiritus Sancti dono, quod est intellectus, quo ostendit Christum breui nasciturum.

IOAN.